



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Mariæ Qvondam Constantinopolitanæ Imperatrici illustri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

nobis mediantibus facta, inviolabiliter observetur, nos eandem auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei &c. usque incursum. Datum Laterani Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno tertio-decimo.

ABBATI ET MONACHIS
Lirinensibus.

Epist. 12.
Super coem.

His non convenit &c. ut in alia usque sopiuntur. Sanè cum inter te, fili Abbas, & venerabilem fratrem nostrum Antipolitanum Episcopum super Ecclesia sancti Honorati de Crassa &c. usque litigatum, demum de tui & Episcopi ipsius assensu nobis mediantibus hujusmodi compositio intervenit, ut vobis liceat in Ecclesia memorata &c. usque processiones & etiam letanias non faciatis absque Antipolitani Episcopi &c. usque Missas cantare vel orationes seu benedictiones exolvere attentetis, nec etiam &c. ut in alia usque celebranda, non prius pulsatis quam in Ecclesia memorata &c. usque excedant, vobis pulsandi ad Matutinas &c. usque quod defuerit tertiae per vos fideliter suppleatur, in praecipuis etiam &c. usque devolvatur. Capellanus verò vester obedientiam Antipolitano Episcopo faciet &c. usque in finem. Datum Laterani &c. ut in alia per totum.

MARIE QUONDAM
Constantinopolitanae Imperatricis illustris.

Epist. 13.
Confirmat do-
minam pro-
prietarias.

I vestis petentium desideriis dignum est nos facilem praeberere consensum, & vota quae a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter, carissima in Christo filia, tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu, donationes propter nuptias à clara memoriae Bonifacio Marchione Montisferati in Romaniae imperio tibi legitime factas auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei &c. usque incursum. Datum Laterani 111. Kalend. Aprilis, pontificatus nostri anno tertio-decimo.

E I D E M.

Epist. 14.
Confirmat de-
monem et fac-
torem ab Impe-
ratore.

I vestis petentium desideriis &c. ut in alia per totum usque concurrentes assensu, Vissenam, Dimitriatam, Arcotocoru, duo Almurus tibi & filiis tuis à carissimo

in Christo filio Henrico Constantinopolitano Imperatore illustri, prout in ejus authentico continetur, concessas, sicut eas justè possides & quietè, auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo &c. hanc paginam nostrae confirmationis &c. usque incursum. Datum Laterani &c. ut in alia per totum.

HEMANVELI INTERPRETI M.
quondam Constantinopolitani Imperatoris
illustris.

Solet annuere sedes apostolica piis votis, & honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu domos apud Stagonicariam, trium barcarum & domus propriae libertatem, quas tibi carissimus in Christo filius noster Henricus Imperator Constantinopolitanus illustris imperiali liberalitate concessit, sicut eas justè possides, auctoritate tibi apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. hanc paginam nostrae confirmationis &c. usque incursum. Datum Laterani 11. Kalen. Aprilis, anno tertio-decimo.

ABBATI ET CONVENTUI
Acapni.

Cum à nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor aequitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filij, carissimae in Christo filiae Mariae quondam Constantinopolitanae Imperatricis illustris, nunc Dominae Thessalonicensis, precibus inclinati, personas vestras & monasterium ipsam in quo divino estis obsequio mancipati, cum his quae in praesentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis praestante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri & nostrae protectione suscipimus & presentis scripti patrocinio communimus. Ad indicium autem hujus à sede apostolica protectionis perceptae decem hyperpera gratis oblata nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvatis. Nulli ergo omnino hominum &c. hanc paginam nostrae protectionis infringere vel ei &c. usque incursum. Datum Laterani 111. Kal. Aprilis, anno tertio-decimo.

Epist. 15.
Confirmatur ei
donatio facta
ab Imperatore.

Epist. 16.
Suscipitur sub
protectione se-
dis apostolicae.

